Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

leua oculos tuos ad uiam aquilonis.
Et leuauit oculos meos ad uiam aquilonis.
Et ecce ab aquilone porte altaris idolum zeli in ipso introitu. Et dixit ad me
filii hominis. putasne uides tu quid
isti faciant abhominationes magnas quas dominus fecit hic. ut procul
recedam a sanctuario meo. Et ad
huc conuersus uidebis abhominationes
maiores. T. ·IIII· Et introduxit
me ad ostium atrii. Et uidi. Et ecce
foramen unum in pariete. Et dixit dns
ad me. fili hominis. fode parietem.
Et cum perfodissem parietem. apparuit ostium unum. T. ·V· Et
dixit dns ad me. Ingredere. Et uide
abhominationes pessimas quas isti
faciunt hic. Et ingressus uidi. Et ecce
omnis similitudo reptilium. et animalium abhominatio. et universa idola domus israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. Et septuaginta uiri de senioribus domus israel.
et iechonias filius saphan stabat
in medio eorum stantium ante picturas. Et unusquisque habebat thuribulum in manu sua. Et uapor nebule de thure consurgebat. T. ·VI· Et
dixit dns ad me. Certe uidisti fili hominis quae seniores domus israel faciunt
in tenebris. unusquisque in abscondito
cubilis sui. Dicunt enim. Non uidet
nos dns. dereliquit dns terram. Et
dixit ad me. Adhuc conuersus uidebis
abhominationes maiores quas isti
faciunt. Et introduxit me per ostium portae domus domini quod respiciebat ad aquilonem. Et ecce ibi mulieres sedebant
plangentes adonidem. ·VII· Et
dixit dns ad me. Certe uidisti fili hominis. Adhuc conuersus uidebis abhominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domus domini interius. Et ecce in ostio templi domini inter uestibulum
et altare quasi uiginti quinque uiri
dorsa habentes contra templum domini et
facies ad orientem. Et adorabant ad
ortum solis. T. ·VIII· Et dixit
dns ad me. Certe uidisti fili hominis.
Numquid leue est hoc domui iuda ut
facerent abhominationes istas quae
fecerunt hic. quia repleuerunt terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum
me. Et ecce applicant ramum ad nares suas. Ergo et ego faciam in furore. non parcet oculus meus nec misereb or. Et cum clamauerint ad aures meas uoce magna. non exaudiam eos. H.

Fra. ii. Incip abacuc pha.

Onus quod uidit habacuc pha. Usque quo domine
clamabo. et non exaudies.
uociferabor ad te uim patiens. et non
saluabis. Quare ostendisti mihi iniquitatem. et laborem. uidere predam
et iniustitiam contra me. Et fac